

provincias sic dividit, quod nullus alius locus dicti ordinis citra¹⁾ dictum fluvium, qui de provincia Saxonie nuncupetur, quam locus dicti opidi existit; et interdum aliqui fratres de diversis nacionibus dicte provincie Saxonie ad dictam domum mittuntur, qui ydeoma quod habitatores dicti opidi loquuntur non intelligunt, et sic ipsi habitatores de sermonibus, quos cum expedit ipsos fratres facere oportet, non contentantur, sed magis scandalizantur; et quod ipsum opidum adeo distat a Saxonia, quod fratres domus predictae tam propter maris pericula quam etiam magnos labores et expensas, quos ipsos subire oportet, ad mandatum ipsius prioris provincialis dicte provincie Saxonie nequeunt commodè ad prioris provinciam accedere supradicti. Quare pro parte dicti prioris et fratrum dicti loci fuit nobis humiliter supplicatum, ut statui eorum in premissis providere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur huiusmodi supplicationibus inclinati omnes et singulos fratres dicte domus qui sunt et erunt pro tempore ac domum predictam auctoritate apostolica a subiectione, obediencia, jurisdictione et potestate prioris provincialis Saxonie pro tempore existentis dicti ordinis perpetuo eximimus ac etiam liberamus, ac obediencie, jurisdictioni et potestati prioris provincialis Teutonie pro tempore existentis ejusdem ordinis perpetuo subicimus, non obstantibus quibuscumque privilegiis et indulgenciis apostolicis. Nulli ergo etc. nostre exempcionis, liberacionis, subiectionis et constitutionis infringere etc.

[Martinus V.] Sigismundo Romanorum regi decimam integram unius anni omnium reddituum et proventuum ecclesiasticorum in provinciis etc. nationis Germanicae concedit. [1418 Mai 2.]²⁾

Erectio monasterii sancti Albani extra muros civitatis Maguntinensis in secularem et collegiatam ecclesiam'.

Band VI war in folgenden Brief Martins V. eingeklebt: Martinus V. abbati monasterii de Nouan, Midensis diocesis, mandat, ut ad petitionem Willelmi Castelmartini presbyteri illius diocesis, qui per fratres hospitalis s. Iohannis juxta Kenlis ordinis s. Augustini habitu ipsius hospitalis, ipso renitente et invito, indutus et per vim sub arcta custodia ibi custoditus erat, de hac re inquirat et, si ita sit, eum ad regularem observantiam non teneri denuntiet. Datum Senezani Penestrinensis diocesis VI. idus augusti. p. a. undecimo'.

Hier sind zu nennen aus der Abtheilung 'Generalium studiorum erectiones':

Erectio studii Lovaniensis [1426]. I.

1) 'circa' cod. 2) Vgl. Aschbach, Sigmund 2, 368; bei v. d. Hardt, 2, XXII ist nur der Auftrag an den Clerus zur Ausführung der Bulle gedruckt.